

CAP. VII.

*Reliquorum binorum incisorum mens
exposita.*

SUCCEDIT NOMINIS SUBSCRIPTIO HUIUSMODI: ITAQUE
 VOCATUS SUM HERMES TRISMEGISTUS, HABENS
 TRES PARTES PHILOSOPHÆ TOTIUS MUNDI. Adflu-
 ctus ea & saxa complures præstanti ingenio viros alli-
 sit: quorum aliqui, quam tres Philosophiæ partes divi-
 sione rerum in *Animalia, Vegetabilia, ac Mineralia*
 metirentur, suspicari cœperunt, materiam Lapidis Phi-
 losophici è tribus iis, quæ vocant, regnis petendam filio
 Hermetis; auctoritate cum primis illustris *Trevisanae*
Comitis abusi cæteri, quòd particulam *Itaq;* ad præce-
 dentia referendam existimarent, nec qui confectio
 Lapidis Philosophici Trismegistum effecerit Herme-
 tem, satis caperent in diversas de argumento Tabulæ
 abierunt sententias; conjunctas non rarò cum ingenti
 veritatis dispendio. Ut autem in posterum Syrtes e-
 jusmodi evitare cultores veritatis discant, notent ante
 omnia particulam *Itaq;* in Latinâ versione accentum in
 penultima habere, non in antepenultima; atq; ita è duo-
 bus componi; ex *adverb. similitud. ac conjunct.*: (quæ)
 respicere autem verbum substantivum *ש* sic enim ver-
 ba Hermetica è fonte habent *בן נקרא לי תרם תלה*
Ellipsis autē *ש-לי תלת סנות חכמת קל-העולם:*
 perelegans conjunctionis causalis *ו* sive *אשר* quòd,
 intercurrit: quâ observatâ, jam sensus erit planus: *At-*
que ita vocatus sum Hermes Thlismegistos (Trismegist.)
quòd habeam tres partes Sapientiæ totius mundi. Ceterû de
 tribus illis Sapientiæ partibus è distinctione corporû in
והוא צומח ורומם ut *Rabbini* vocant, i. e. *animatum,*
 B 5 *vege-*